



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 9. S. Antonii Vaticinium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. junxerunt in dictorum suorum argumen-  
A. C. 340. ta, nempe processum Judiciale[m] de illo-  
 rum causa, quos ante Athanasii adven-  
 tum Ægypti Præfectus multaverat; Epistolam a Constantino Magno scriptam  
 cum Arsenium inter vivos degeret rescis-  
 set; Epistolam Alexandri Thessalonice[n]-  
 sis; Retractationem Ischyrae, Clerico-  
 rum Alexandrinorum, & Mareotidis pro-  
 testationes; diversorum Episcoporum  
 Ægypti, & Lybiæ testimonia, frumen-  
 tum viduis a S. Athanasio fideliter fuisse  
 dispensatum; & Epistolam Eusebiano-  
 rum, qua Arianis patrocinantur. Plures  
 alii Episcopi S. Athanasio faventes Episto-  
 las ad Julium Papam dederunt.

*ap. Athan.*  
*p. 745.*

### §. IX.

#### *S. Antonii Vaticinium.*

*vit. Ant. c.*  
*28. p. 497.*

Interim S. Antonio, quæ Ecclesiæ Ale-  
 xandrinæ futura erant, cœlitus reve-  
 lata sunt. Cum quadam die cum fra-  
 tribus sederet, quasi in extasin rapi, &  
 diu sibi objecta inter crebros gemitus  
 contemplari visus est. Post horæ spa-  
 tium, ad præsentem conversus, ingemisce-  
 re, trepidare, ad precandum surgere, &  
 flexis genibus ad Deum orare; precibus  
 peractis, perfusum lacrymis fratres atto-  
 niti circumstant, quid hoc sibi vellet, in-  
 terrogant, nec instare desinunt, donec  
 tandem

tandem ad profundum cogere; tunc Sæculum IV.  
A. C. 340.  
 longo suspirio ducto, *O mei Filii!* inquit: *utinam moriar, antequam ea, quæ vidi, eveniant!* Illisque adhuc urgentibus, lacrymans dixit: *Heu! ira Dei veniet super Ecclesiam, & tradetur ferociæ hominum brutis animalibus similibus; vidi mensam sanctam undique mulis circumdatam, atque ea, quæ in mensa erant, impastis calcibus eversa, qualia fieri solent, dum hæc animalia petulanter exsiliunt, & recalcitrant. Dum me suspirantem videretis, audiebam vocem dicentem: altare meum profanabitur. Hæc quidem tunc S. Senex, & duobus post annis, quæ prædixerat, contigerunt. Solatium tamen inf. n. 14.  
 Discipulis suggestit, adjungens: *nolite concidere animo, Filii! sicut iratus est jam Dominus, ita & miserebitur nostri, redibit Ecclesiæ decus, & splendor, persecutionem passi restituentur, impietas in suas latebras repellatur, libere ubique terrarum fides Catholica prædicabitur. Tantum ne vos Arianorum veneno infici patiamini, hæc enim Doctrina Ecclesiæ non est, sed Dæmonum, & Patris eorum Diaboli; sterilis est, & mulorum instar absque intellectu.* Hucusque S. Antonius, designans his ultimis verbis proprietatem Arianæ Hæresis, fœcunditatem Naturæ Divinæ, & Verbi Divinitatem negantis.*

A a 4

§. X.